Quelle: https://manuscripta.at/?ID=967
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

et scopis mundatam et ornatam. Tunc uadit et assumit septem alios spiritus secum nequiores se: et intrantes habitant ibi et fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Sic erit et generationi huic pessime. Adhuc eo loquente ad turbam: ecce mater eius et fratres stabant foris querentes loqui ei. Dixit autem ei quidam. Ecce mater tua et fratres tui foris stant querentes te. At ipse respondens dicenti sibi ait. Quis est mater mea et qui sunt fratres mei: Et extendens manum in discipulos suos dixit. Ecce mater mea et fratres mei. Quicumque enim fecerit uoluntatem patris mei qui in celis est ipse meus frater et soror et mater est. Offertorium.

Meditabar in mandatis tuis quae dilexi nimis et leuabo manus meas ad mandata tua quae dilexi. Secreta

Hostias tibi domine placationis offerimus. ut et delictis nostris misericors absoluas et mutanda corda tua dirigas. Per. Con. Intelligite clamorem meum intendite uocem orationis mee rex meus et deus meus quoniam ad te orabo domine. Postcommunio Qui domine percepto

ne sacramento et a malis mundemur oculis: et ab hostium liberemur insidiis. Per. Ex postcommunio.

Mentes nostras quesumus domine luce tue claritatis illustra ut uiuere possimus: que agenda sunt et que recta sunt agere valeamus.

Confessio 4. Feria quarta. Pulchritudo in conspectu eius sanctitas et magnificentia in sanctificatione eius. Ps. Cantate domino canticum nouum cantate domino omnis terra. Oratio

Deuotorum populi tui. Ezechiel

In diebus illis. Factus est sermo domini ad me dicens. Quid est quod inter uos parabolam istam in populo israel dicentes. Patres nostri comederunt uuam acerbam: et dentes filiorum obstupescunt. Quo ego dicat dominus deus. Sicut uobis ultra parabola hec in populum israel. Ecce omnis anima mea sunt ut anima patris ita et anima filii mea est. Anima que peccauerit ipsa morietur. Et uir si fuerit iustus et fecerit iudicium et iustitiam in montibus non comederit et oculos suos non leuauerit ad idola domus israel: et uxorem proximi sui non polluerit. et ad mulierem me